


# Ioannis Fabricii Montani Poemata

Internet-Edition von Heinz Schmitz

([www.outis.info/montanus.pdf](http://www.outis.info/montanus.pdf))



Vorbemerkung: Diese Internet-Ausgabe von Gedichten des Johannes Fabricius Montanus bringt den lateinischen Text einiger Gedichte, die dem Herausgeber besonders interessant erscheinen, vollständig, mit Verszahlen versehen und in einer Orthographie, die den heutigen Gebräuchen angepasst ist. Zusätzlich werden die Titel sämtlicher Gedichte aufgeführt, damit man sich einen Überblick über die gesamte Ausgabe von 1556<sup>1</sup> verschaffen kann. Beigefügt sind die Seitenzahlen der Originalausgabe sowie von Fall zu Fall einige kurze Anmerkungen<sup>2</sup>. Den Originaldruck findet man u.a. in der Zentralbibliothek Zürich (Gal VI 354) und der Stadtbibliothek Winterthur (c 589 N3). Der Zweck dieser Ausgabe ist bescheiden: Es soll ein Lesetext einiger Gedichte, die den Herausgeber besonders reizvoll oder interessant dünken, für weitere Interessenten zur Verfügung gestellt werden.

---

<sup>1</sup> Das Datum ergibt sich aus dem Brief an Georgius Altus und Ioannes Altus (p. 52) und der Widmung der Tell-Elegie an Conrad Pellican (p. 71).

<sup>2</sup> In den Fällen, wo dem Herausgeber etwas inhaltlich besonders bemerkenswert erschien oder das Textverständnis besondere Schwierigkeiten bietet. Die Verstöße gegen die klassische Metrik sind nicht eigens notiert. *Ferner sind alle Stellen notiert, wo dem Herausgeber etwas nicht klar ist. Er nimmt Vorschläge gern entgegen und nimmt sie auch unter Nennung des Namens des Vorschlagenden gerne auf in die vorliegende Publikation. Es wäre schön, wenn diese Publikation als work in progress laufend verbessert würde.*

*Kurze biographische Notiz zum Autor:*

**Fabricius Montanus**, der eigentlich Schmid hiess, war der Sohn des Metzgers Jakob Schmid und der Klara Jud und wurde im Herbst 1527 im elsässischen Bergheim geboren. Seine Mutter war eine Schwester des Zürcher Reformators Leo Jud. Unter der Anleitung seines Onkels begann er im Alter von 7 Jahren in Zürich mit seinen Studien, die er in Basel und Straßburg fortsetzte, um anschließend nach Zürich zurückzukehren. So konnte er gut vorbereitet das Theologiestudium an der Universität Marburg aufnehmen, wo u. a. Andreas Hyperius sein Lehrer war. Einige seiner Freunde aus Marburger Studienzeiten begeisterten ihn für die Dichtkunst, für die Naturbetrachtung und die Pflanzenwelt. Nach Zürich zurückgekehrt wurde er Lehrer an der Grossmünsterschule. Für seine Arbeit im Kirchen- und Schuldienst wurde er mit dem Zürcher Bürgerrecht belohnt. In dieser Zeit hatte er Kontakte zu dem Arzt und Naturforscher Conrad Gesner, der ihn in seinen naturwissenschaftlichen Arbeiten bestärkte. Er galt in Zürich als Mann von besonderen Charaktereigenschaften und Geistesgaben. Dieses war wohl auch der Grund, dass der Zürcher Reformator Heinrich Bullinger ihn 1557 (also 1 Jahr nach der Erstpublikation der vorliegenden Ausgabe) nach Graubünden empfahl. Als er am 5. September 1566 in Chur an der Pest verstarb, war nicht nur der Tod eines wichtigen Bündner Reformators, sondern auch der eines Universalgelehrten zu beklagen.

(Für ausführlichere Information s. den Artikel von Erich Wennecker im Biographisch-Bibliographischen Kirchenlexikon, [http://www.bautz.de/bbkl/f/fabricius\\_montanus.shtml](http://www.bautz.de/bbkl/f/fabricius_montanus.shtml) Die obigen Angaben stammen aus diesem Artikel. Für Einzelheiten wurde auch herangezogen: Traugott **Schiess**: Johannes Fabricius Montanus [1527-1566], in: Zürcher Taschenbuch auf das Jahr 1904, 253-310)

IOANNIS FABRICII MONTANI POEMATA

Silvarum liber unus

De consulibus Tigurinis lib. primus

De Vuilhelmo Thellio Elegia.

Cum Epithalamio Ioannis Alti Francobergensis.

Tiguri apud Gesneros fratres.

(p. 3)

Ioannis Fabricii Montani Silvarum liber unus.

Ad Christum Iesum.

(p. 4)

Ad Petrum Lotichium Secundum<sup>3</sup>, poetam

(p. 6)

Ad Christum Iesum

(p. 7)

---

<sup>3</sup> Siehe Text und Erläuterungen zum 2. Gedicht mit diesem Titel, p. 29 der Originalausgabe.

## De Vita Beata

*Das Gedicht beschränkt sich nicht auf die aus dem Altertum ererbte und sattsam bekannte Topik vom Glück des einfachen Lebens. Zur vita beata gehört nach dem Verständnis der Reformatoren auch ein glückliches Familienleben, das hier nicht nur auf Kindersegen und bona verba, sondern auch amplexus beruht. Da wird das Goldene Zeitalter wieder Realität. (25ff.). Trotz dem starken Bezug zur eigenen Familie (auch in den letzten beiden Versen) geht das Gedicht ganz über auf die Topik des einfachen und glücklichen Landlebens, die ausser Acht lässt, dass der Autor ein Lehrer und Stadtbewohner ist<sup>4</sup>.*

Vita datur nulli dono, datur omnibus usu:

Vis quicumque diu vivere, vive bene!

Quod tibi non gemmae dederint, non divitis auri

pondera, non culti iugera mille soli.

(p. 8)

5 Divitiis hominum mentes capiuntur avarae

nullus ab his didicit cedere corde dolor.

Est pietas contenta Deo: cui contigit illa,

possidet in parva maxima regna casa.

Hanc oro, maneatque precor: tunc paupere cultu

10 par etiam magnis regibus esse volo.

Quod si nulla mihi pictis nitet aula tapetis,

si mea non Tyrio murice sponda rubet,

nec Parios aurata super laquearia postes

lumine conspergunt versicolore domum<sup>5</sup>.

15 Nil moror<sup>6</sup>, instar erit horum mihi parva suppellex

et casa viminea crate revincta latus.

---

<sup>4</sup> Die letzten 2 Verse des Gedichts stellen implizit sein Leben als Leben auf dem Lande dar. Nach Theodor Collins „De Itinere ad Montem Utliacum“ (unten p.33 der Originalausgabe, Verse 19ff.) wohnte Fabricius im ehemaligen Fraumünsterkloster in der Stadt.

<sup>5</sup> Ein Hauptsatz fehlt.

<sup>6</sup> Im Sinne von „ich will nicht weiter dabei verweilen“?

Sic hiemis vitabo minas et frigora saeva:

serviet exiguo proxima silva foco.

Iuxta gratus ager rapas dabit, aut ubi messis

20 tempus erit, plena farra resecta manu.

Si super haec Agathe sociat sua gaudia mecum,

tunc etiam vita caelicolum potiar.

Ipsa mihi dulces natos pulchramque iuventam

et simul amplexus et bona verba dabit.

25 Hanc vitam coluere patres, quo tempore primum

aurea sub prisca saecula fuere fide.

Tunc cibus herba fuit strataeque sub arbore baccae

arbutaque in mediis invenienda viis.

Navita caeruleam nec dum rate presserat undam

30 nullus et Eoi litoris<sup>7</sup> usus erat.

Nunc mala quis numeret? Medium percurrimus aequor

(p. 9)

luxuriae tellus sufficit una parum.

Quaerimus extremo lapides oriente iacentes

per mare sollicitis advehimusque viis.

35 Ah, quemquam rapidis vitam committere ventis

et maris audaci pectore ferre minas!

Quam potius laudandus is est, qui rura paterna

incolit in parva consenuitque casa!

Ipse manu curvi stivam moderatur aratri,

40 filius at tardos increpat ante boves.

Filia postque comes fert prandia nota canistris

aut in fagineis lac niveum patinis.

---

<sup>7</sup> Was gemeint ist, zeigt Vers 33f.

Mensa dehinc humilis viridi componitur umbra

garrula qua gelido murmurat unda pede.

45 Interea coniunx observat rustica villam

cum puerisque domi vescitur ante focum,

aut etiam ante fores: tunc circum rustica pubes

accubat herboso caespite fulta latus.

Caseolum tamen interdum premit illa recentem

50 atque fatigato lacte butyra parat.

Infirmas aut tondet oves aut vellera signat

aut versat celeri stamina longa manu.

Si non vana precor, liceat cum coniuge fida

sic mihi perpetuo vivere sicque mori.

## Ad Iosiam Simlerum

*Josias Simler (auch Josias Simmler; \* 6. November 1530 in Kappel am Albis; † 2. Juli 1576 in Zürich) war ein Schweizer Theologe und Landeskundler.*

*1544 ging Simler nach Zürich, um unter seinem Paten Heinrich Bullinger zu studieren. Er setzte sein Studium in Basel und Straßburg fort. 1552 wurde er in Zürich Professor für Exegese des Neuen Testaments, 1560 für Theologie. Ab 1555 begann er die Bibliotheca universalis von Conrad Gesner neu herauszugeben. In seinem Werk De Alpibus commentarius, welches das erste Werk war, das sich umfassend mit den Alpen befasste, sammelte er alle Informationen über das Gebirge aus den Werken verschiedener anderer Autoren versehen mit Anmerkungen aus eigener Anschauung. Simler schrieb zudem weitere Werke über die Schweizer Landeskunde, wie De Republica Helvetiorum (Abriss der Chronik von Johannes Stumpf, 1547/48) oder Vallesiae Descriptio ([http://de.wikipedia.org/wiki/Josias\\_Simler](http://de.wikipedia.org/wiki/Josias_Simler)). 1551 heiratete er Bullingers Tochter Elisabeth (<http://www.bbkl.de/s/simler.shtml>), das vorliegende Gedicht ist ein Hochzeitsgedicht.*

*Versmass: 3 Asclepiadeen<sup>8</sup> + 1 Glyconeus<sup>9</sup> (2. asklepiadeische Strophe). Das Druckbild folgt der Originalausgabe.*

---

<sup>8</sup> Muster *Maecenas atavis edite regibus*

<sup>9</sup> Krücke für Deutschschweizer: „Vo Luzärn gäge Wäggis zue“.

Sic Iosia boni numinis alite<sup>10</sup>

te dedis teneris victus amoribus?

(p. 10)

Lecti sic obiens munia<sup>11</sup> comparis

Consuesces fieri pater?

5 Felix, quem placido lumine conspicit

non aversus amor: cui dea Cypria

aequis dat pariter fervere flammulis,

non praeter solitum potens.

Felix es nimium, cui socer obtigit

10 Bullingerus, ab hinc notus ad usque vir

terrarumque sinus et maris ultimos,

qua sol surgit et occidit.

Thesauris Arabum forte beatior

idem sed tamen es atque opulentior,

15 in cuius thalamum iam datur et sinum

exoptata puellula.

Quam mater monitis imbuit optimis

formavitque piis sedula moribus

perfectamque dedit: pectore Palladi

20 Susannae similem fide.

Non est, quod timeas esse decentius

---

<sup>10</sup> *ales* hier als „Vorzeichen“

<sup>11</sup> *munia* sind *munera*

illa, non aliquid pulchrius, orbita  
qua lunae vaga, qua Cynthus ambulat  
infra<sup>12</sup> aut Oceanum supra.

25 Nuptam tolle tuam moxque iugalia  
lecti iura doce, moxque parentium  
leges atque vices coniugii pares,  
multis non sine liberis.

Sic vos unanimes nodus aheneus

30 sic irrupta duos copula vinciat:

(p. 11)

vestrae sic memorem stirpis originem  
vobis orta parentibus

servet progenies tarda nepotibus.

Haec oro: Deus at mox precibus meis

35 (namque is vota bonos ducit ad exitus)

addet supplicibus fidem.

Ad Ioannem Hylorum<sup>13</sup>

De paupertate

(p. 15)

Ad VVigandum Happelium<sup>14</sup>

---

<sup>12</sup> Was sich der Autor unter *infra Oceanum* genau vorstellt, ist unklar.

<sup>13</sup> Adressat unklar.

<sup>14</sup> Happelius, Wigandus, mit bürgerlichem Namen Wigand Happel (1522-1572), war Fabricius' Hebräischlehrer in Marburg (Schiess, S. 259).

(p. 17)

Orion

(p. 21)

### In funere Iacobi Fabricii parentis

Has lacrimas tibi, care parens, haec ultima solvi  
munera, funesto postquam tua membra pheretro  
composui terraeque miser mandanda reliqui.

Ut te, care parens, nostri pia cura subegit

5 longinquas tentare vias, natalia quando  
moenia liquisti nuper, centesima quamvis  
longaevo tibi iam vitae procederet aetas.

Non tibi Iurassi contra surgentia saxa,  
non valles fecere moram, non aequora campi,

10 non operum impatiens vitaeque effoeta<sup>15</sup> senectus:

Ire viam prompto seu te committere curru,  
seu baculo malles, nostrae seu credere dextrae  
fidaque pone<sup>16</sup> sequi tremulis vestigia plantis.

Tantus amor nati tibi, tanta cupido nepotum.

15 Ergo mihi dum, care pater, post omnia ponis,

his quoque ut occideres terris via longa reperta est?

Sed quaecumque tamen regio, quaecumque morentur

Nos loca: certa dies et ineluctabilis hora

omnibus est leti: venit tibi terminus aevi,

20 venit meta tibi, genitor, suprema laborum.

Vixisti satis: id quod spe votisque petisti

---

<sup>15</sup> ?

<sup>16</sup> *pone sc. me* „hinter (mir)



ante tuos obitus, dulces mea pignora natos

(p. 22)

florentemque domum vidisti spemque nepotum.

Salve, sancte pater: tu nunc fulgentia caeli

25 moenia, tu magni penetralia visis Olympi.

Aeternum felix, mundi melioribus oris

cum Christo, cum patre Deo, cum flamine sacro

divorum numerum choreis caelestibus auges.

*Die Gedichte auf Verstorbene geben ein eindrückliches Zeugnis für die Lebensumstände der damaligen Zeit. Neben dem Gedicht auf den Vater, der als Hundertjähriger gestorben ist, stehen die Gedichte auf die Töchter Katharina (aus 1. Ehe), Katharina (aus 2. Ehe), Elisabeth und Regula. Seine erste Frau Katharina (geb. Stutz) starb 1518, ein Jahr nach der Hochzeit. All dies muss für Fabricius, für den ja das Familienleben wesentlich zur vita beata gehört, besonders schwer gewesen sein.*

### **In funere Catharinae filiae infantis**

Matris nomen habes, et habes commune sepulcrum:

Ultima lux illi quae tibi prima fuit.

Orbam te genitrix, orbem me nata relinquis:

Tu titulum patris, coniugis illa tulit<sup>17</sup>.

5 Circulus iste precor totum cito compleat orbem,

et simul in mortem desinat, oro, meam,

ut qui paetereat tumulos, hic dicere possit:

unica cum gemino nata parente iacet.

---

<sup>17</sup> im Sinne von *stultit* (beseitigen, aufheben, wegnehmen)

## In funere Catharinae filiae infantis ex secunda coniuge<sup>18</sup>

Tertia tu Catharina mihi, sed tertia quamvis,  
es tamen in lacrimas tu quoque nata meas.  
Nempe solet vulgus Catharinam dicere Thrinam,  
flebile quod totum hoc nil nisi nomen habet<sup>19</sup>.

## Epitaphium Elisabetae et Regulae

Haec velut una tegit diverso tempore natas

(p. 23)

Fabricii geminas area filiolas.  
Sic quoque summa dies pariter tibi sistet<sup>20</sup> Iesu,  
cum dabis extremae signa verenda tubae.

## Epitaphium Felicis Bullingeri

Felicis mihi nomen erat, sed nominis omen  
demum post obitus incipit esse ratum.  
Quisquis enim superum decerpit gaudia, vere  
felix Felicis nomen et omen habet.

---

<sup>18</sup> Vgl. das Epithalamion De Nuptiis Ioannis Fabricii Montani et honestissimae virginis Catharinae Stutiae, Ioanne Alto Hessio auctore (p. 53 der Originalausgabe)

<sup>19</sup> Er verbindet den familiären Namen Trina für Katharina mit griechisch θρήνος (Klagelied), itazistisch als „thrinós“ ausgesprochen.

<sup>20</sup> Der Sinn ist klar: so wie die 2 Mädchen im selben Grabe liegen, sollen sie auch gemeinsam auferstehen. Unklar ist die Konstruktion: wer ist mit *tibi* gemeint? Wie ist *sistet* zu verstehen? (Der Vokativ *Iesu* kann nicht als Druckfehler verstanden werden, weil Jesus das Subjekt zu *dabis* sein muss.).

## Epitaphium Leodovici comitis ab Ottingen<sup>21</sup> iunioris, qui obiit Tiguri Anno domini 1549

Exilio stabilem sedem dedit hospita tellus,  
haec eadem requiem quae dedit et tumulum.

### In funere Ioannis Collini<sup>22</sup>

*Versmass: Hendekasyllaben (Efsibbler)*<sup>23</sup>

O quantum est hominum miserrimorum,  
quid me flebilius magisque triste est?  
Affinis meus optimus puellus  
quot sunt et quot erunt puellulorum  
5 nigri mox tenebras videbit Orci  
atque nomen habebit inter umbras.  
Quid fiet mihi? Quid pio parenti?  
Quis quando soceri domum subibo  
posthac mi procul obuius volabit<sup>24</sup>?

(p. 24)

10 Et mox cruribus implicabit ambas  
manus et dabit undecumque nexus,  
lascivis hederis tenaciores.  
Tam bellum puerum malae tenebrae  
perdent? Tam niveas manus genasque

---

<sup>21</sup> Ottingen ist ein Ort in Niedersachsen.

<sup>22</sup> Fabricius war in 2. Ehe mit Agathe Collin (Ambühl) verheiratet. Das Gedicht bezieht sich auf einen sonst nicht weiter bekannten Angehörigen dieser Familie.

<sup>23</sup> Das Gedicht ist voller Anklänge an Catull, insbesondere an Carmen 3 auf den Tod des Vogels der Geliebten Catulls (!).

<sup>24</sup> Ich habe die 2 Zeilen getreulich abgeschrieben, ohne sie zu verstehen.

15 aureas ferus inquinabit Orcus?  
O factum male: dic quid immerentes,  
Dic Mors, cur pueros necas tenellos?  
Serpunt tabifici venena morbi  
atque omnem puero vorant medullam,

20 fauces aridulas anhela tussis  
hiulcat sitis et perurit ossa.  
Ah Mors, ah moveat sororcularum  
te fletus lacrimabilisque vultus!  
En ut turgidulis rubent ocellis,

25 ut scissis simul hac et hac capillis  
aegri fratris obambulant grabatum.  
Non cessas etiam? Profecto nescis,  
quantis obiciias caput periclis.  
Abi dum potes hinc malas in oras,

30 non omnis morietur: anne fratres  
ignoras lepido valere versu?  
Ii te Pierio furore perdent.  
Morti non tribuere fata sensum.

Ah Ianulus, ah puer misellus,  
35 iam leto caput ultimus velut flos  
veris, ponit eburneumque collum.  
Sic Ianule, sic miser puella

*(p. 25)*

terras deseris atque spem parentum?  
Quem mater puerum in sinu tenebit?  
40 Cum quo blanditias iocosque nectet?  
Quis ludos faciet bono parenti?

Quis collum geminis premet lacertis?

Quis os appetet obviis labellis?

Ite vos pueri puellulaeque,

45 ite, condite corpus in sepulcrum!

Frater mortuus est: abite, flere

porro mittite, tempus est futurum,

quano frater in integrum reversus

sicut flosculus ibit e sepulcro.

50 Nunc per sidereas vagatur arces,

et laudes superum canit parenti.

Vos, quos fata superstites reservant,

vos, inquam, interea iuvate vestros

piis obsequiis senes parentes.

### In funere Regulae Lavateri consulis filiae

(p. 27)

### **Epitaphium Huldrici Hutteni poetae et equitis Franci, qui in insula lacus Tigurini Ufnavia dicta, hodie a doctioribus Hutteni Insula nuncupata, sepultus est.**

*Ulrich von Hutten (\* 21. April 1488 auf Burg Steckelberg; † 29. August 1523 auf der Ufenau) studierte in Erfurt, Frankfurt und Leipzig. In Leipzig infizierte er sich offenbar im Jahr 1508 mit der Syphilis; er verliess daraufhin überstürzt die Stadt und reiste ohne bestimmtes Ziel umher. Während der Reise entstand 1509 das Manuskript seiner ersten bedeutenden Schrift Nemo, in der er seine Reiseerlebnisse und den ungastlichen Empfang durch seine Verwandten verarbeitet.*

*1511 verfasste Hutten in Wittenberg eine kleine Schrift über die Verskunst (De Arte Versificandi), die als Lehrbuch auch im Ausland rasch Anerkennung fand. Sie begründete zugleich seinen Ruhm bei den Zeitgenossen als lateinischer Schriftsteller. Er reiste nach Wien und weiter nach Italien. 1512 folgte ein Aufenthalt in Venedig und Pavia, dann in Bologna. Dort nahm Hutten ein juristisches Studium auf. Die Auswirkungen der Italienischen Kriege schnitten ihn aber von den Zahlungen aus der Heimat ab, so dass er gezwungen war, sein Studium aufzugeben und seine Rückreise nach Deutschland über Söldnerdienste zu finanzieren. Während dieser Zeit verfasste er auch seine ersten national motivierten Mahnschreiben an Kaiser Maximili-*

*an und die deutschen Fürsten, den Krieg in Italien fortzusetzen. 1514 traf er in Mainz zum ersten Mal persönlich mit Erasmus von Rotterdam zusammen. Diesem überreichte er zur kritischen Durchsicht das Manuskript der Epistolae obscurorum virorum (Dunkelmännerbriefe), die er in Zusammenarbeit mit anderen Humanisten zur Verteidigung Reuchlins abgefasst hatte. Der darin enthaltene scharfe Spott gegenüber den Anhängern der Scholastik sollte noch große Nachwirkungen zeigen. Nach diversen kriegerischen Unternehmungen floh er vor der Exekution der gegen ihn erwirkten Reichsacht und zog sich schließlich in die Schweiz zurück, wo er von Zwingli aufgenommen wurde. Am 29. August 1523 erlag Ulrich von Hutten auf der Insel Ufenau im Zürichsee seiner schweren Syphiliserkrankung<sup>25</sup>.*

*Das Epitaphium Huldrici Hutteni ist mit deutscher Übersetzung abgedruckt in: Lateinische Gedichte deutscher Humanisten. Ausgewählt, übersetzt und erläutert von Harry C. Schnur. Stuttgart (Reclam) 1966, 128f.*

Haec quicumque cita decurris stagna carina,

ponis et hoc nostro litore forte pedem.

Imperio sic aura tuo, sic pareat unda:

perlege quae saxo carmina sculpta vides.

5 Hoc equitum decus, hoc vatam Germanus ocellus

Huttenus iaceo conditus in tumulo,

Ingenio dextraque potens, dum vita manebat,

Musarum simul et Martis alumnus eram.

Caesar Apollinea cinxit mea tempora lauro,

10 idem pro meritis nomen equestre dedit.

Saepe bonos mutare solum fortuna coegit,

magna quibus patria poena carere fuit.

Ast mea non alio tantum se iactat alumno

Francia nec meritis est maea grata meis<sup>26</sup>.

15 Aeger ad has veni legatus Caesaris oras

cum me mors alias iussit inire vias.

Ante sepulturae serviret ut angulus iste

quam morerer sociis iussa suprema dedi,

---

<sup>25</sup> Die ganze Biographie hier ist stark gekürzt aus [http://de.wikipedia.org/wiki/Ulrich\\_Hutten](http://de.wikipedia.org/wiki/Ulrich_Hutten) übernommen.

<sup>26</sup> Übersetzung am ehesten so: „Aber mein Frankenland rühmt sich keines anderen Zöglings sosehr und war (dennoch) undankbar gegenüber meinen Verdiensten“.

assiduis ubi me lugerent planctibus undae

(p. 28)

20 et gemerent plenis stagna refusa vadis<sup>27</sup>,

Sertaque vernarent tumulo nativa sub ipso

et querulae canerent flebile semper aves.

Vade, sed amonitu nostri spes contrahe laxas:

quo minime credis stant tua fata loco.

Ad Huldricum Spaan

In imaginem Ioannis Frisii Tigurini<sup>28</sup>

(p. 29)

**Ad Petrum Lotichium Secundum, poetam**

*Petrus Lotichius Secundus wurde am 1528 in Niederzell, heute ein Ortsteil von Schlüchtern (Hessen) als Peter Lotz geboren. Er besuchte in seiner Kindheit die Klosterschule in Schlüchtern. Erste Anregungen für lateinische Dichtungen erhielt er vom Frankfurter Humanisten Jacobus Miccyllus. Ab 1544 nahm er ein Studium in Marburg auf, wechselte bald darauf nach Leipzig zu Joachim Camerarius und von dort nach Wittenberg zu Melanchthon. Im Winter 1546/47 diente er als Soldat im Schmalkaldischen Krieg auf protestantischer Seite bei Magdeburg. 1548 erwarb er den Grad eines Magister Artium in Wittenberg. 1550/51 reiste er nach Paris. Ende 1551 nahm er in Montpellier ein Studium der Medizin und Botanik auf, das er Ende 1554 in Padua fortführte und 1556 in Bologna mit der Verleihung des Dokortitels abschloss. 1557 wurde er von Kurfürst Ottheinrich (Pfalz) als Professor der Medizin und Botanik nach Heidelberg berufen, wo sich schnell ein Kreis jüngerer Dichter um ihn scharte. Der seit 1556 von sich wiederholenden Fieberanfällen heimgesuchte starb (eventuell als Folge einer Vergiftung aus der Bologneser Zeit) als einer der bedeutendsten deutschen Lyriker seiner Zeit am 7. November 1560. Er hinterließ ein umfangreiches Oeuvre an klassischen Vorbildern orientierter Gedichte. (Siehe [http://de.wikipedia.org/wiki/Petrus\\_Lotichius\\_Secundus](http://de.wikipedia.org/wiki/Petrus_Lotichius_Secundus))*

*Nach dem Brief an die Brüder Altus (p. 49) lernten sich Fabricius Montanus und Petrus Lotichius Secundus in Marburg kennen. - Ihr letztes Zusammentreffen fand nach dem Gedicht in Sachsen statt.*

*Das Gedicht ist insofern bemerkenswert, als es sich nicht auf die übliche Topik beschränkt. Die Enttäuschung des Fabricius über das Ausbleiben des Freundes führt zu starken Vorwürfen<sup>29</sup>: falsas...lacrimas*

---

<sup>27</sup> Offensichtlich spricht er vom Wasser, das vom See in die Buchten schlägt, die dabei „seufzen“. Die *stagna refusa* wären dann Einbuchtungen am Ufer, die sich wieder füllen und dann, wenn sie voll Wasser sind, „seufzen“. Schnur übersetzt: „Und wo seufze um mich wogend ans Ufer die Flut“.

<sup>28</sup> Johannes Fries, ehemaliger Lehrer des Fabricius (Schiess, S. 262)

<sup>29</sup> Vielleicht wirken sie auf uns heftiger, als sie gemeint sind. Die dichterischen Möglichkeiten des Fabricius reichen wohl für eine inhaltlich differenziertere Ausdrucksweise nicht aus.

*(V.24), Mangel an simplicitas (V.56). Das Gedicht ist auch inhaltlich ein echter Brief, der das Gegenüber über die neuesten wichtigen Ereignisse im Leben des Schreibers informiert, und dazu auch ein Dokument für die in Zürich besonders gepflegte Variante des Humanismus, für die auch naturwissenschaftliche Erkenntnis wichtig ist.*

Reddita, Petre, tuis mihi nuper epistula verbis,  
spem dederat reddi te quoque posse mihi.

Sed quid speravi miser? Aut quae somnia finxi?

Non venis: a nobis longius ire cupis.

5 At quanti fuerat dextrae coniungere dextram

et mihi seu "salve" dicere sive "vale"?

Scilicet extinxit veterem nova Gallia curam

plusque valet lacrimis Italis ora meis.

En tibi cum lacrimis supplex mea bracchia tendo:

10 Flecte, precor, cursus ad mea vota tuos!

Non ego te iubeo saevas accedere Syrtes,

non maris iratum sollicitare fretum:

Ut venias oro mihi quem vicinia iungit:

quid facturus eras si via longa foret?

Nunc subit illius mihi tristis imago diei,

quae nos Saxonibus ultima vidit agris.

Flebas discedens, non hoc quoque, credo, negabis,

et lacrimas inter singula verba dabas.

Saepe valedicens iterumque iterumque redibas,

20 saepe tuam comites increpuere moram.

Tecum<sup>30</sup> dicebas, „superet modo vita, Fabrici,

omne lubens magni metiar orbis iter.“

---

<sup>30</sup> Etwas seltsam - er sagt es ja nicht „zu sich“, sondern zu Fabricius.



Sic tu dicebas, sic credulus ipse, vicissim

(p. 30)

attonito falsas ore bibi lacrimas.

25 Quinque sed interea messes totidemque peregit

Cynthus autumnos sextaque venit hiems.

Ex illo fortuna die manet aspera nobis

et tu iucundum me sine tempus agis.

Coniugis ante diem tristissima funera vidi,

30 corpora natorum quattuor urna tegit.

Altus<sup>31</sup> amicitiae mihi sancto foedere iunctus

nunc etiam umbrarum caecum iter ingeditur.

Quam nihil humanis fas quemquam fidere rebus!

Altum Letheae ripae coercet aquae.

Te tua vita manet, sed nostri nescia vita:

Nempe bibis vivo pectore Ditis<sup>32</sup> aquas.

An quod Apollo tibi medicinae tradidit usum

nigraque te succis pellere fata putas?

Propterea veterem socium fastidis? Oresti

40 qui tibi ceu Pylades cognitus alter erat.

Sunt mihi, sunt herbae, fateor, sunt gramina cordi

et regum titulis praefero ruris opes.

Tristia sed lentis componere pharmaca morbis

ars bona, sed studiis est minus apta meis.

---

<sup>31</sup> Johannes Altus, der Bruder von Georgius Altus und Ioannes Altus (*sic!*), an die sich der Prosa-Brief p. 4ff. richtet, ist der Autor eines Hochzeitsgedichts für Fabricius, das p.53 abgedruckt ist. Fabricius hatte ihn durch Vermittlung von Petrus Lotichius Secundus in Maburg kenngelernt (p. 49). Er ist in junglichem Alter nach Italien gereist und in Bologna gestorben (p. 51)

<sup>32</sup> Ich habe *Ditis* im Gegensatz zur Ausgabe gross geschrieben. *Dīs* steht nicht nur für den Gott der Unterwelt, sondern auch für die Unterwelt selbst. Ich verstehe die Stelle so: „Du lebst zwar noch, aber Du trinkst schon als Lebender die Wasser der Unterwelt.“

45 Me iuvat in silvis omnem consumere vitam,  
    qua viret umbrosis arbor opaca meis,  
et procul ex alto fontes audire cadentes,  
    aut gelidas imis vallibus ire vias,  
nunc placidum formosa sequi per gramina somnum,  
50 quem crepitans leni murmure ducat aqua,  
nunc votiva sacris solventem carmina Musis,

*(p. 31)*

    arguta gelidum rumpere voce nemus.  
His ego divitiis contentus munera regum  
    possideo, nullas quamlibet inter opes.  
55 Hanc etiam, memini, vitam laudare solebas  
    quo tua simplicitas tempore maior erat.  
Nunc quia nobilium mensas et tecta frequentas,  
    dissimilis studiis incipis esse tuis.  
Si tamen herbarum quaedam te cura remordet,  
60 haec etiam regio fertilis esse solet.  
Hic quoque sunt montes, sunt prata recentia rivis,  
    multaque in irriguis nascitur herba locis.  
Auraque caelestes gratissima temperat ignes,  
    non sic Hesperii incubat orta iugis.  
65 Illic, ut perhibent, serpentes arida tellus  
    gignit et abiectos quaelibet herba tegit.  
Nulla sed Helvetiae cyprus pubescit in hortis,  
    raraque odoratam laurus obumbrat humum.  
Quid tum: si calidis longe simul exulat oris  
70 febris et arenti pallida membra siti,  
ista iuvent alios: nobis felicia mala

pomifer aestivis educat annus agris,  
sectaque mobilibus<sup>33</sup> passim sunt gramina rivis,  
labuntur passim flumina litoribus<sup>34</sup>.

75 Nec procera<sup>35</sup> tamen graveolentes pinus amictus,  
coniferas abies non negat alta comas  
Quercus et irriguis ulmus viret avia silvis,  
lariceaeque<sup>36</sup> ferax arbor odora picis.

Sed quid ego causas necquicquam necto morandi,

(p. 32)

80 dum procul huc illuc missa tabella venit.  
Tu iuga nubiferae superas ventosa Pyrenes  
aut Rhodani celeres remige findis aquas.  
Quae te cumque tamen regio tenet, invida nobis,  
cum perarata<sup>37</sup> meo pollice scripta legis.

85 Siste gradum: dictaque mihi, precor, ante salute  
post reliquam dextro numine carpe viam.

Renato Bibago

Ad eundem

---

<sup>33</sup> *mobilibus rivis* „an schnell fliessenden Bächen“

<sup>34</sup> *litoribus* bringe ich syntaktisch nicht unter.

<sup>35</sup> Was in diesen 2 Versen genau gemeint ist, ist mir unklar.

<sup>36</sup> *lariceus* zu *larix* „Lärche“. Denkt er bei *pix* an Harz? (Das Harz der Lärche gilt als hochwertig, siehe [http://www.paradisi.de/Health\\_und\\_Ernaehrung/Heilpflanzen/Laerche/](http://www.paradisi.de/Health_und_Ernaehrung/Heilpflanzen/Laerche/))

<sup>37</sup> *perarare* kann auch „schreiben“ bedeuten (die Wachstafel „durchpflügen“)

---

**Theodori Collini De Itinere ad Montem Utliacum, scripsit haec admodum adolescens anno 1551.**

*Theodor Collinus (1535-1604) war ein Sohn des Rudolf Collinus (Ambühl), welcher der erste Griechischprofessor in Zürich und Vater von Fabricius' zweiter Gattin Agathe war. Das Gedicht des sechzehnjährigen Theodor Collinus, der sich im späteren Leben nicht in besonderer Weise auszeichnete, schildert eine botanische Exkursion auf den Üetliberg unter der Leitung von Fabricius mit einer Rezitation aus Vergils Eklogen als krönendem Abschluss als eine Art Rückkehr nach Arkadien. Es ist nicht nur ein erstaunliches Dokument für das Niveau lateinischer Dichtkunst, das ein anscheinend nicht durch besondere Geistesgaben ausgezeichneter Sechzehnjähriger erreichen konnte, sondern ein weiterer Beleg für die oben erwähnte Zürcherische Variante des Humanismus, welche die Naturwissenschaft mit einbezieht. - Dass man in der Schule mit der lateinischen Sprache sehr früh auch das Dichten lernt, geht auf eine lange Tradition im Mittelalter zurück<sup>38</sup>.*

*Das Gedicht wurde mit deutscher Übersetzung und Kommentar publiziert unter den Titel: Arkadischer Üetliberg. Theodori Collini De Itinere ad Montem Utliacum (1551) zusammen mit lateinischen Texten zur Schönheit des Bergsteigens übersetzt und erläutert von Heinz Schmitz. Zürich (Hans Rohr) 1978.*

Nox erat, et curis animalia cuncta solutis

carpebant somni munera palliduli.

Solus ego longas vigilando demoror horas

(p. 33)

mecum sollicita talia mente querens:

5 „Certum est Utliacos montes ascendere, certum est

Utliacas prima visere luce deas.

Ergo Aurora veni, pulcherrima sola dearum,

Tithoni croceum linque cubile dea!

Tu nitidi genitrix es sola benigna diei

10 atque color nullis te sine rebus adest.

Te sine nullae artes pulchraeque bonaeque coluntur,

unica Musarum es tu socia atque comes.

---

<sup>38</sup> Peter Stotz, Dichten als Schulfach (Mittellateinisches Jahrbuch 16, 1981, 1ff.)

Ite soporiferae procul hinc, procul ite tenebrae,  
luciferum<sup>39</sup> roseis tu dea profer equis!“

15 Dum queror haec, invecta novis dea lutea bigis  
pupuream nitido lumine spargit humum.

Corripio e stratis cito corpus et induo vestes  
atque Deum precibus rite saluto piis.

Est domus illustris Tiguri, tua, Limage<sup>40</sup>, iuxta  
20 litora, vestales<sup>41</sup> incolere prius.

Nunc sacris studis usu meliore dicata  
hospitio Musas Fabriciumque fovet.

Hanc peto; quo socii simulac convenimus omnes,  
protinus Utliacas pergimus ire vias.

25 Paene sed ut ventum est ad summa cacumina montis,  
fons ubi perspicuis limpidus exit aquis,  
constitimus, Nymphas illic veneramur agrestes,  
agrestes Nymphas nam locus ille tenet.

Frigora dant rami, flores muscumque virentem  
30 praebet humus, fons et dulcis abundat aqua.

Progredimur, vires herbarum et nomina monstrat

(p. 34)

Fabricius (nostrae dux erat ille viae).

Omnia miramur taciti, tum pectore ab imo  
ex nobis aliquis talia voce refert:

35 „Sit tibi laus, aeterne Deus, pulcherrima mundi  
machina mirandum te arquit esse Deum!“

---

<sup>39</sup> *die Sonne.*

<sup>40</sup> *Limagus: Limmat.*

<sup>41</sup> *Die vestales sind Nonnen, die das Fraumünsterkloster bewohnt hatten.*

Venimus interea celsa ad fastigia montis,  
cuncta ubi prospectu liberiore patent.

„En Tigurum iacet hic - patria o carissima, salve,

40 sospitet aeternum teque tuosque Deus! -

Hac in parte situm est Tugium<sup>42</sup> et praeclara Lucerna,  
illic in gelida Suitia<sup>43</sup> valle latet.

Hi sunt Snellesii colles<sup>44</sup>, ubi candida villa  
eminet et late vinea culta viret.“

45 Postquam spectatum satis est, sua membra sodales  
exercent variis lusibus atque iocis.

Quid memorem lusus, gaudet quibus ipsa iuventa,  
dum nondum malas aspera barba tegit?

Tempus erat, cum sol medium conscendit Olympum,

50 cum sibi frondator prandia grata parat.

Illo Fabricii coniunx quoque tempore nobis  
arbore sub patula fercula grata parat.

Est lapis Utliaci supremo in culmine montis  
impositus, Musis mensa vel ara bonis.

55 Huc epulis positus fruimur potuque ciboque,  
deliciis fuimur milibus atque iocis.

Postquam exempta fames sitis atque extincta bibendi  
atque patri summo gratia dicta fuit,

ecce simul pueros invasit fervidus ardor

(p. 35)

60 ludendi alternis rustica verba modis.

---

<sup>42</sup> Zug.

<sup>43</sup> Schwyz.

<sup>44</sup> Schmelzberg.

Decerpunt varios flores et fronde virenti

fagina quisque suoserta parat capiti.

Incedunt, veluti magno spectanda theatro

fabula sit medio seu peragendo foro.

65 „Tityre, tu patulae“<sup>45</sup> primum puer incipit unus,

„O Meliboee, deus“ tum puer alter ait.

„Dic mihi Damoeta“ post haec puer incipit unus,

„Non verum Aegonis“ tum puer alter ait.

„Quo te, Moeri, pedes, quo“ te puer incipit unus,

70 „O Lycida vivi“ tum puer alter ait,

et quos praeterea docuit divina Maronis

versus ruricolos dicere Musa viros.

Mox ego progredior velatus tempora ramis

ceu sacer ipse Maro talia deinde loquor:

75 „Extremum hunc, Arethusa, mihi concede laborem:

carmina sunt Gallo pauca canenda meo.

Quae nemora aut qui vos saltus habuere, puellae,

cum miser indigno Gallus amore perit?“

Cetera subiungo, quae subiungenda fuerunt,

80 postremo nostros sic ego claudio iocos:

„Haec sat erit, socii, verstrum cecinisse sodalem,

ite domum, Vesper iam venit, ite domum!“

Applaudunt socii, processit Vesper Olympo,

protinus et nobis cena parata fuit.

85 Inde domum tecum petimus Tigurumque, Fabrici.

Optarem tales te duce saepe vias.

---

<sup>45</sup> *Es beginnen die Zitate aus Vergils Eklogen.*

(p. 36)

Prosatext zum Gedenken an Leo Jud<sup>46</sup>

(p. 37)

Ioannis Fabricii Montani De Consulibus Tigurinis Liber Primus

(p. 49)

Ioannes Fabricius Georgio Alto et Ioanni Alto, germanis fratribus, s.d.

(p. 53)

Epithalamion De Nuptiis Ioannis Fabricii Montani et honestissimae virginis Catharinae Stuetiae, Ioanne Alto Hessio auctore

(p. 70)

Ioannes Fabricius Conrado Pellicano viro clarissimo s.d.

(Epistola nuncupatoria der folgenden Tell-Elegie)

(p. 72)

### De Wilhelmo Thellio Elegia

*Die Tell-Elegie ist mit deutscher Übersetzung abgedruckt in: Lateinische Gedichte deutscher Humanisten. Ausgewählt, übersetzt und erläutert von Harry C. Schnur. Stuttgart (Reclam) 1966, 130ff. Schnur bemerkt zum Gedicht: "Ob das Gedicht direkt von Aegidius Tschudis Chronikon Helveticum beeinflusst wurde (es wurde dieses zwar erst 1734-1736 veröffentlicht, lag jedoch im Zürcher Archiv vor) oder ob sich Fabricius auf die im Weissen Buch von Sarnen zur Einheit verbundenen Tell-Legenden stützte, ist nicht festzustellen (...) Auffallend ist, dass die Sarner wie auch Stumpfs Chronik (1548) ebenso wie Tschudis erste Fassung den Landvogt fälschlich<sup>47</sup> Grissler oder Gryssler nennen, was Fabricius gleichfalls tut. Auch dass bei Fabricius der Vogt nicht von Tell erschlagen, sondern sein Ende mit wenigen Worten abgetan wird, fällt auf." (432)*

*Im oben erwähnten Brief an Leo Jud schreibt Fabricius, er habe das Gedicht im 2. Jahr, nachdem er sich intensiv mit seinen Studien habe befassen können, verfasst<sup>48</sup>. Er wisse, dass das Gedicht seine Mängel habe, doch sei es schwierig, Einzelheiten zu ändern, man müsse es ganz abdrucken oder weglassen. Dennoch*

---

<sup>46</sup> Leo Jud war ein Onkel mütterlicherseits des Fabricius.

<sup>47</sup> Schnur scheint davon auszugehen, dass es bei Sagen „richtige“ und „falsche“ Varianten gibt.

<sup>48</sup> Mihi puero multa fuere negata: Altero tamen anno postquam aliquid temporis hisce studiis tribuere coepi, hanc elegiam quoque de Vuilhelmo Thellio conscripsi, cum in sudore et pulvere scholastico versarer. Minime ergo mirum est, si nec mihi nec allis satis facio. (p. 71). - Zum Thema „Dichten als Schulfach“ s.o. S. 20.



*scheint das Gedicht „mit Beifall aufgenommen worden zu sein, da in Bern vor der Veröffentlichung durch den Autor selbst ein Druck erschienen ist“<sup>49</sup>*

Helvetiae celebris pietate Rodolphus alumnus

principis Habspurga nomen ab arce tulit<sup>50</sup>.

Cuius in acclivi sita vertice saxa vetusta

despiciunt ripas, Ara propinque, tuas.

5 Imperii postquam sed Caesar adeptus habenas

ex humili meruit sceptrum tenere loco,

haud illum puduit manifesto tunc fateri,

deberi meritis, urbs Tigurina, tuis<sup>51</sup>.

Vindice qua toties pepulisset finibus hostes,

10 ipse quibus impar Marte futurus erat<sup>52</sup>,

cuius et auspiciis duxisset et aere cohortes,

cum caperet regni tradita sceptrum novi.

Hinc<sup>53</sup> te divitiis, amplis et honoribus auxit,

militiaeque tibi splendida signa dedit.

15 Insuper Helvetios alios sibi foedere iunxit,

Martia quos acres norat ad arma viros.

Quorum saepe fidem laudavit et ardua facta,

aspera cum ferro res peragenda fuit.

Caesar at hinc postquam superas concessit ad oras,

20 perdidit antiquum gratia prima locum.

---

<sup>49</sup> Schiess, S. 271

<sup>50</sup> „hatte seinen Fürstennamen von der Burg Habsburg“

<sup>51</sup> „dass Deinen Verdiensten, Stadt Zürich, (etwas) geschuldet wird“ (d.h. dass er Dir viel verdankt)

<sup>52</sup> „denen er selbst im Krieg (*marte*) unterlegen (*impar*) gewesen wäre“

<sup>53</sup> daher

Helvetiaeque diu gens libera, vindice nullo,  
pertulit iniustos fraude subacta viros,  
iussa tributa quibus, et vectigalia solvit,  
et largas dempto fine pependit opes.

25 Corpora quin dominis obnoxia facta tyrannis

(p. 73)

pondere servitii succubuere gravi<sup>54</sup>.

Iamque aliquis solito subigens bove rura colonus  
occidit, et proprio sanguine tinxit humum.

Saepe latrociniis et iniqui praesidis astu

30 cives in mediis occubuere viis.

Ex stabulis armenta rapi, sua tecta cremari

flevit et ereptos rustica turba lares,

utque maritorum pollutos caede penates,

ut taceam foedi crimen adulterii.

35 Invitis quoties vis est illata puellis

et matris frustra virgo vocavit opem?

Hic fuit Helvetiae status: haec quibus aspera visa

forma, quibus cordi iusque piumque fuit,

supplicium vel morte luunt, vel carcere pendunt,

40 sunt quibus exilii poena parata fuit.

Sed cum pressa malis virtus humana fatiscit,

auxilio praesens tunc solet esse Deus.

Impia Grisleri fugiunt quem facta tyranni,

(nam fuit Helvetii praeses et ipse soli)?

---

<sup>54</sup> „Ja sogar die Leute (*corpora*), die in die Abhängigkeit der tyrannischen Herren (*dominis tyrannis*) geraten waren (*obnoxia facta*), litten unter der schweren Last der Sklaverei“

45 arboris ah viridi suspensum fronde galerum  
a populo voluit praetereunte coli.  
Iamque frequens illum vulgus, formidine poenae,  
fama refert flexo praeteriisse genu.  
Thellius „una Deo debetur gloria“ dixit;  
50 „pileus arcendis imbribus aptus erit.“  
Intumuit praeses, totusque in imagine poenae,  
„Perfidiae pretium filius“ (inquit) „erit.“  
Dixerat: expediunt famuli mox iussa tyranni.

(p. 74)

Proh scelus: insanum non timuere nefas.  
55 Ducitur hinc teneris vinctus post terga lacertis  
filius, et patrios sistitur ante pedes.  
praeses ait: „Toto memorabile nomen in orbe  
arte sagittandi nuper adeptus habes,  
utque puto gestas ferientes cuncta sagittas  
60 figis et in iusso qualibet<sup>55</sup> arte loco.  
Si quid habent igitur vulgi praeconia veri,  
et potes: eia age, nunc experiare licet.  
Natus ab adversi sistetur robore trunci“  
(non procul in molli gramine truncus erat)  
65 „eius et in capitis ponetur vertice pomum.  
Quod feries telis ingeniose tuis.“  
Thellius imperio stupuit non secius isto,  
quam si membra sibi diripienda forent.

---

<sup>55</sup> Der (im übrigen sehr zuverlässige) Druck hat *qualibet*, ich würde aber *quolibet* vorziehen.

nec mirum: sceleris mentem perstrinxit imago<sup>56</sup>,

70        omnis et in nato cura paterna stetit.

Quid faceret? Rigidum tentat mollire tyrannum

paucaque pro nato verba rogantis ait.

Praeses ait contra: „sic sic dabis improbe poenas,

discet ab exemplo cetera turba tuo.“

75    Nec mora, frondenti signatur limite meta,

est et uterque suum iussus adire locum.

Digressurus erat, parvo prius oscula nato

dat pater, et lacrimis immaduere genae.

Scena theatri densatur plurima circo:

80        quisquis adest (tacito sed tamen ore) favet.

Stat puer et largis humectat fletibus ora,

(p. 75)

impediunt teneras vincula dura manus,

sed pater imperio quod erat parere necesse,

promit de pharetra spicula bina sua.

85    Altera<sup>57</sup> post tergum medio thorace recondit,

allatura tibi, saeve tyranne, necem.

Temperat<sup>58</sup> adducto missurus at altera nervo:

iam spes in puero nulla salutis erat.

Haud mora, per medium malum pennata sagitta

90        quaerit iter: patitur vulnera nulla puer.

---

<sup>56</sup> „Das Bild der Untat betäubt ihm die Sinne“ (Schnur)

<sup>57</sup> *altera* muss poetischer Plural sein, das sprachlich korrekte *alterum* geht metrisch nicht (hier und in V. 87), der Plural wird 93f. aufgenommen. Etwas unklar ist, wie man sich *medio thorace* genau vorstellen soll. Jedenfalls ist hier nicht von einem Köcher die Rede. Schnur übersetzt „in die Mitte des Wamses“.

<sup>58</sup> *temperare* hier: zurechtlegen.

Scena favet, novitate rei commota, sed irae

non posuit praeses fulmina saeva suae.

„experiar“ dixit „quid et haec sibi tela secunda

(viderat a tergo tela reposta) velint.“

95 Ipse „peremissem si natum“ Thellius inquit

„exitio fuerant illa parata tuo.“

dixerat: et constat non haec impune locutum,

vincla per astrictas sentit adacta manus.

Impositusque rati periturus carcere fertur,

100 perque Lucernatum<sup>59</sup> stagna vehendus erat.

Dum vice remorum confestim longius itur

iamque fere medio gurgite puppis<sup>60</sup> erat,

colligitur subito ventis surgentibus imber,

et rapit instabilem per vada caeca ratem.

105 Iamque fatigatis umero sub utroque lacertis

navita sollicitum deficit inter opus.

Praeses in ambiguo quidnam iubeatve petatve,

namque laborantis pars quoque puppis erat,

“Si quis adest“ clamat „navis sibi sumat habenas!“

(p. 76)

110 qui tamen id posset Thellius unus erat.

„vincla tibi dementur“ ait, “nos eripe leto,

si modo nobiscum non tibi vile mori.“

Redditus ipse sibi clavo subit: altera caelo

exhibita facies coeperat ire die<sup>61</sup>.

---

<sup>59</sup> *Lucernates* die Luzerner.

<sup>60</sup> *puppis* hier (und 108) einfach „Schiff“

<sup>61</sup> „Schon hatte der Himmel anderes Antlitz gezeigt, da sich erhellte der Tag“ (Schnur).

115 Est scopulus, premit unda latus: pars plurima summis

extat aquis: illuc Thellius ire parat.

Quo simul ac venit saltum dedit: ipsa carina

icta per immensas concita fertur aquas.

Nec mora longa fuit, terrae fortissimus heros

120 sistitur, et quid agat resque locusque docent.

Convocat ausuros patriae succurrere, quorum

pectora non dubia noverat ante fide.

Qui coeunt, feriuntque datae rata foedera dextrae,

inque vicem sibi dant accipiuntque fidem.

post etiam praeses portuque domoque receptus,

tandem qua meruit morte perire, perit.

Sic Deus iniusti vindex, sic arbiter aequi,

Helvetiam merita caede piavit humum,

Sic bona pacato rediit concordia vultu,

130 indigenis sic sunt reddita scepra viris,

qui nunc unanimes rerum moderantur habenas

et domito passim nomen ab hoste ferunt.

*FINIS*

(p. 77)

Korrektur einiger Errata